



1741.

1. ^{*}Bornius, Jacobus: Collegii juridici senior, C. O. Roden-
berg: Programma, quo ad memoriam Borniani
nominis iuvitat.
2. Baurer, Henr. Christoph: De iure novo ad collec-
tam ab debito civitatis antiquam solvendam adli-
gato.
3. Hebenstreit, Johanne Smoller, fac. med. procancelarius:
De medici caranera secundis religione. Programma, quo
panegyria medicam indicit.
4. Hocknerus, Johanne Fridricus, fac. jur. procancelarius:
Programma, quo solemnem inauguralem hucus Palgenp's
Leyseri indicit.
5. Hommelius, Fridr. August: De caute publicatione
sententiae Criminalis.
6. Isackius, Joh. Gualter: De Diversa legis naturae
conceptione ratione.
7. Foeker, Christ. Gualter: De Hadriani Imperatoris libris
catacrismis: Programma, quo ad panegyria baccalari
recerum iuvitat.

1781.

8. Taccher, Christ. Sullias : De Lusaticis cum Archipraesens
latum Parthenopolitanae nexu clientelae commentatio. 15
simulque ad rationem memoriae Symplicianae sacrum
- - - invitata.
9. est Ingles, Joh. Fridonicus : De Generis credentibus
Legatorum. 2. Exempl. 16
10. Ingles, Joh. Fridonicus : Tabula de sectione debitorum
apud Romanos interpretationis Bykershaeckianae
opposita. 17
11. Raestnerus, Abrahamus : De festibus ieiunatis simulque
collegia aestiva indicit. 18
12. Raestnerus, Abrahamus : De reservationibus mentalibus
simulque collegia hyberna indicit. 19
13. Masperger, Paulus Jacobus : De acquisitione domus
originaria in statu naturae. 20
14. Munkel, Godtfred Ludovicus : De Statutis civitatum
provinciarum in successione ab intestato et bona 21

etiam ab illi edita secundum jus civile exten deudis.

15. Mylius, Ernestus Henricus: De poena indignationis
ejusque effectu.

16. Mylius, Ernestus Henricus: De fictione quasi contractus
tamen in jure Germanico otiosa.

17. Mylius, Gustavus Henricus, fac. jur. procancelarius:
Programma, quo panegyricum trans. Franci Pauli Trummeri
... indit.

18. Mylius, Gustavus Henricus: Actuaris peccatus in actu
jurandi.

19. Mylius, Gustavus Henricus: De novi operis nunciatione
in foris Germaniae.

20. ¹⁸ Mylius, Gustavus Henricus: De poenis mixtum facio.
sic.

21. Rechenberg, Carolus Wl., fac. jur. procancelarius:
Programma, quo solennis inauguratio Gottlieb Christoph
Wendii in D.S.T.

1741.

22. Rivinus, Franc. Florens, fac. jur. procancellarius:
Programma, quo solemnità in angustalià Christiani
Gottspedi Weidlichii . . . indicit.
23. Rivinus, Fr. Florens: De schedula testamenti adjecta.
24. Siegelius, Fr. Gottlieb: De genuino privilegiorum
conceptu.
25. Meglitzius, Fr. Conrad: De eo, quod mariti in prae-
ju'dicium uxorem facere possunt.
26. Thomarius, Traugott: De iudicio inter parentes
et liberos summaris.
27. Trummer, Joannes Paulus: De effectu hypothecae
post resolutionem dominium constituentis.
28. Weidlichius, Christianus Gottspedi: De acquiescentia uxoris.

Er. 16. num. 16.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

POENIS MILITVM
FAMOSIS

Von

Schrenstrafen der Soldaten

QVAM

EX DECRETO ET AVCTORITATE

ILLVSTRIS ICTORVM LIPSIENSIVM ORDINIS

PRAESIDE

DN. GVSTAVO HENRICO
MYLIO

ICTO CVRIAE SVPREMAE PROVINCIALIS ET
FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE

DIE IIX. IVNII MDCCXLI.

PRO SVMMIS IN VTROVQVE IVRE
HONORIBVS OBTINENDIS

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI


SVBMITTIT

GOTTHELF EHRENFRIED
WEND

GRIMMA MISNICVS.

LIPSAE

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



P. 449.

1741, 20^b



DISSELTATIO INAVGARIALIS IURIDICA

DE

POENIS MILITVM

PAMOSIS

Don

Wendlandt von Goldbach

OLAM

EX DECRETO ET AUCTORITATE

ILLVSTRIS ICTORVM LIPSIVM ORDINIS

PRÆSIDIS

DR. GYSTAVO HENRICO

MYLIO

IN QVA SVB RITE PVSIVS ET

CAUSIS IURIDICIS ET

ALIIQVAE IURIS DOCTRINÆ

PROBANDIS IN VERBO ET IURE

HONORABILIS ORDINIS

ILLVSTRIS ICTORVM LIPSIVM

PRÆSIDI

GOTTFRIEDO ERBENFRIED

WENDE

PROVINCIAE

LIPSIÆ

EX OFFICINA LITHOGRAPHICÆ





DE
POENIS MILITVM FAMOSIS.

§. I.



ncomparabilis plane est dignitas, qua CAROLVS M. milites suos Francos ac Germanos, subactis hostibus, frui voluit, cuius illa apud GOLDASTVM exstat constitutio sancita *Padrabunni* Anno DCCCLXXVII: „ Ite, milites mei, vos He- „ roes vocabimini, focii Regum, iudices „ criminum. Viuite posthac laboris inexpertes, consulate Regibus publico nomine, fauete orphanis, iuuate pupillos, consilio circumdate Principes: ab his victum „ et vestitum et stipendium petite: si quis negauerit, „ inglorius infamisque esto. Si quis iniuriam vobis intulerit, reum se maiestatis agnoscat. Vos autem caute, *pergit IMPERATOR*, ne tantum decus tantumque „ priuilegium iusto bellorum labore partum aut ebrietatis,

A 2

aut

„aut scurrilitatis, aut aliquo quouis vitio maculetis, *ne*,
 „quod largimur vobis ad gloriam, redundet ad poenam,
 „quam de vobis sumendam, si forte excesseritis, nobis
 „et successoribus nostris, Romanorum Regibus, perpe-
 „tuo reseruamus. Digni profecto eadem erant ob re-
 rum contra hostes gestarum gloriam et adhuc eam me-
 rentur *nostri milites!*

§. II.

Licet enim non dissimulemus, milites illorum tem-
 porum nobiles, non, nisi equis vehendo seruitia praesti-
 tisse, ita, vt in Scriptoribus mediū acui *milites ac pedites*
 sibi inuicem oppositos inueniamus, *vid. ANT. MA-*
THAEI de nobilit. L. 4. c. 10. proptereaque fateamur,
 praedictam Caroli M. constitutionem magis equites, quam
 pedites respicere, eorumque dignitatem pedestri ordini
sensim sensimque communicatam esse; de eo tamen per-
 suasissimi sumus, nullam hodie inter pedites et equites
 intuitu *splendoris, auctoritatis aut meritorum* statui dif-
 ferentiam, sed vtrique ordini suum esse honorem, ita, vt
 quaecunque demum de militum dignitate in genere
 praedicare possis, neutri sit denegandum. Quam thesin
 nostram vsus et obseruantia satis superque comprobant.
 Neminem enim fugere poterit, vtriusque ordinis milites
 non solum in expeditione aut congressu cum hostibus,
 castris et itinere, sed et alia quauis occasione pro loci
 opportunitate et casus exigentia disponi a supremo Duce
 eo modo, qui seruitiis praestandis conuenientissimus
 ipsi videtur, ac eum denique imperii fasces tenere, qui
 alios *gradu, aut tempore promotionis et codicillorum ade-*
ptione, vti habet *L. I. C. de praef. praetor. siue vrbi*, pa-
 res suos praecedit, ad quamcunque demum militiae spe-
 ciam referatur.

§. III.

§. III.

Incidit autem aequiparatio vtriusque ordinis in eam epocham, cum, quassatis Imperii bello Hussitico viribus Imperator SIGISMVNDVS insignem plebeiorum numerum inter equitum turmas reciperet, militemque mercenarium frequentiore redderet, illum deinde MAXIMILIANVS I. egregie augetet et CAROLVS V. Hispanos suos introduceret ac funestum denique Germaniae *tricennale bellum* maiorem Nobilium partem contereret. Praeter necessitatem illorum temporum vero in rationem versam, aliae adhuc suppetunt causae, quas, vt e longinquo petamus, opus non est. *Aequalis* *) enim *conducendi modus, idem sacramentum, conformis vestitus, stipendium, armorum paritas, pulueris pyrii et bombardarum vsus, iurisdictio equitum pedestris aemula, disciplina inter pedites successu temporis accuratius seruata*, et, vt vno fasce complectar omnia, *idem ius, eadem obligatio* tam arcto vtrumque ordinem iunxerunt foedere, vt alterius dignitas ab altero seiungi nequeat. Et quemadmodum omnis definit disparitas, ex quo idem ius eandem nobis iniungit obligationem, ita et, exaequato inter pedites et equites iure et obligatione, exaequandae etiam fuerunt poenae et praemia, ad quae postrema merito numeratur communis dignitas.

a) vid. Werbe-Mandat de an. 1728. §pho: Wie im übrigen etc. *massen wir denn auch das in Unserm Mandat vom 28. Aug. 1726. befindliche Wort Vagabond keinesweges von solchen Leuten, so großer Mißthaten halber berüchriget seyn und folglich bey Unserer Armée zu Verbühung dergleichen Mißthaten nicht angenommen, noch geduldet werden können, verstanden wissen wollen etc.*

§. IV.

Quo quis autem est dignior, eo magis eniti debet, vt vitam instituat conuenienter, et id agat, quod dignitatis

tis ratio postulat. Secus qui facit, indignum sese exhibendo pristina dignitate, imo pro sordidae actionis gravitate omni existimatione priuandum esse, recte ratio iubet. His ita comparatis, *militarium poenarum* species exinde formanda fuit. Quae, quum diuidantur, sicuti reliquorum in Republica ciuium, *in capitales* et *non capitales*, hisce praeter alias coërcitiones *famae periculum* adnumerarunt. Arbitrati enim sunt LL. *militarium conditores*, quidquid militibus honestum, iucundum, vtile et pretiosum sit, eius iacturam maximum dolorem tristissimumque sui desiderium relinquere ac proinde poenas militares existimationem fugillantes sancierunt, nec ad postremas suae speciei retulerunt. Ita iam ab antiquissimis temporibus variae eiusmodi statutae fuerunt poenae, v. g. *stipendio priuari*, *ad hastae dationem condemnari*, *tendendi locum mutare*, *in itinere cum impedimentis iter facere*, *extra oppidum vel castra hybernare*, *cibum stando capere*, *fossam fodere*, *hordeo pasci*, *sanguinis missio*, *militiae mutatio*, *a castris segregari*, *muliebri habitu per castra circumduci*, *partem barbae rasam habere*, *pallium gestare colore aliquo tinctum et inscriptum*, *ignominia mitti*, *fustuarium*, *manuum resectio*, *sub crate necari*, *decimatio*, *vicefimatio*, *contesimatio*, quas commemorat LIPSIVS *de Milit. Rom. Lib. V. dialog. XVIII.* et STEWECHIVS *ad Vegetium Cap. IV.* De *uovo Capite* Germanorum, quae etiam militaris poena erat, vid. OTTO FRISING. *de gest. Fridrici I. Lib. II. Cap. XXVIII.*

§. V.

Sunt quidem blandioris indulgentiae alii, qui rigoris cuiusdam arguere volunt poenas militares, incongrue tamen meo iudicio. Praeterquam enim, quod ferox quorundam ingenium non tam mollibus gubernetur Legibus, qualis

qualis apud LIVIUM *Lib. X. cap. 9.* memoratur *Lex Valeria*, duriores omnino poenae illos manere debent, quos amor virtutis et dignitatis tuendae studium intra debita officia haud continet. Et sane, hunc potissimum in finem comparatae sunt *poenae famosae militum*, vulgo *die Ehrenstraffen der Soldaten*, quae ideo nec durum quidquam, nec inadaequatum statuunt. Nam nihil conuenientius est, quam foedioris notae maculam incurrere eum, qui honori ac dignitati suae perperam consuluit.

§. VI.

Ita autem easdem definimus, quod sint *poenae militum honorem afficientes ob turpis facti commissionem in communem omnium utilitatem statutae*. Clara per se est definitio, adeoque, ne in scirpo nodum quaerere videamur, vltiorem verborum explicationem addere super sedemus. Attamen id moneamus necesse est, gradu differre has poenas illasque diuidi in *maiores*, quae honorem plane tollunt, infamiamque irrogant, et *minores*, quae famam aliquantulum afficiunt. *Illae iterum in solennes et minus solennes* subdiuidi possunt. *Priores* accedente solenni quodam executionis ritu peraguntur, *posteriores* per sententiam tantum irrogantur.

§. VII.

Ad *maiores famosas poenas militum* easque *solennes* hodie referuntur: *fustigatio, iniustio stigmatum, amputatio membrorum et infamatio publica*. Hoc quidem in genere tenendum, omnes, quae per carnificem irrogantur, poenas corpus affligentes in hunc censum venire, licet communiter *corpus afflictivus* adnumerentur. At, cum famae plenariam iacturam simul importent et inter milites quibusuis poenis corporalibus (ne capitalibus

cetro



certo respectu dicam) grauiore reputentur, inter famosas *ratione subiecti* primario locum sibi vindicant. Sunt autem *delicta* militum vel *communia*, quae non tantum a milite, sed et a quouis alio, qui non est miles, patrari possunt, vel *propria*, quae non, nisi a milite committuntur circa officium militare peccante. Haec alias dicuntur *militaria*. *Communia* quod attinet, *regulariter* Iudices militares super iisdem, quae poena arbitraria sequitur, pronunciantes poenam infamantem haud dicunt, sed in aequipollentem militarem quandam, habita proportione, permutant, siue proprio Marte, quod ipsis integrum est, ^{a)} sententiam ferant, siue eandem, consulto ICtorum collegio, *in conformitatem*, vt dicunt, *des rechtlichen Informats*, concipiant, pro decidendi ratione allegantes: *Weihn Inquisit dadurch zu fernern Kriegs-Diensten untüchtig gemacht werden würde etc.* nec, nisi in *subsidium* ob tentatam militaribus poenis emendationem non secutam, dolum crassiozem, correctionem non sperandam, auertendum maius malum, alios deterrendos, foeditatem delicti a milite superioris ordinis commissi, tactum carnificis extorquendae veritatis ergo adhibitum, vel aliam iustam causam sententionantium arbitrio commissam poena demum famam onerante vtuntur. In delictis propriis, seu militaribus, paulo frequentiores sunt istae, quas commemorauimus, infamantes poenae, ita tamen, vt vna magis vsu obtineat, quam altera, praetereaque mox simpliciter vna, altera coniunctim dicitur. Ac proinde est, vt in *simplices* et *coniunctas* diuidi possint. *Iungimus* vero easdem tam capitalibus, quam corporis afflictiuis. Illas semper antecedere debent, has etiam antecedunt, sequuntur tamen, quando a *Commilitonibus* loris aut virgis caesis infligendae veniunt. Quam thesin

thesin nostram vſitatae pronunciandi formulae infra adii-
ciendae illustrabunt.

a) excepto ob circumſtantias ſubtiliores homicidio, per CONST. CRI-
MINAL. CAROLINAM art. 146. quippe quae tanta eſt apud nos
auctoritatis, vt inter LL. cardinales referatur per §. 6. *Inſtructionis*
vor die Auditeurs, adeoque ex eiusdem diſpoſitione Dicasteria, quan-
tum fieri poteſt, in cauſis ſanguinem humanum concernentibus in
conſilium, vocanda ſunt.

§. VIII.

Singulas haec poenas, quas ſub initio ſphi prae-
cedentis recenſuimus, ſeorſim pertractaturi de FVSTI-
GATIONE, dem *Staupen-Schlag*, primo loco diſpiciamus.
Quae notiſſima alias poena inter milites non adeo fre-
quens eſt, nec, niſi in delictis craſſioris doli dicitur,
quando ex rationibus ſupra allatis poena militari indi-
gnus habetur delinquens. Tunc enim merito ad fuſti-
gationem progrediuntur iudices militares, ita respon-
dendo: *iſt ſeines Verbrechens halber nach abgelegten*
Urpbeden vor öffentlich geſtellter Parade zum Schein zu
machen, vnd ſodann mit Staupen-Schlägen dieſiger Chur-
fürſtlichen vnd incorporirter Lande, worunter auch die
Sachſen-Querfürſtiſchen zu verſtehen, auf ewig zu verwei-
ſen. Ex quo videre eſt, inter milites pariter fuſtiga-
tionem cum *perpetua relegatione* ſemper coniungi, nec mi-
nus ante executionem praestari *urpbedam* ^{a)}. Fuſtigan-
dus igitur, priuato militari veſtitu, ſolutis vinculis, infa-
miae indicandae cauſa a commentariensis ſeruo carniſici
traditur, tunc, abeuntibus commilitonibus, circumcirca
patibulum trinis plerumque vicibus ad locum certum vs-
que virgis caeditur, et ſtatim relegatur, niſi, quod inter-
dum fieri ſolet, ad opus publicum condemnatus ^{b)} fue-
rit. Notum enim eſt, in SAXONIA ELECTORALI
damnationem ad opus publicum obtinere, vel praeuia

B

fuſti-

fustigatione, vel loco fustigationis, vel etiam sine fustigatione, prout delictorum enormitas aut publica securitas id exigit. Quam ob rem tres eiusmodi ad opus publicum damnatorum constitutae sunt *classés*, quae secundum *Verordnung, so derer Bau-Gefangnenen halber d. d. Dresden d. 22. Jun. 1732. ergangen*, his distinguuntur verbis: *Die 1ste Classe wäre aus denen ganz infamen Delinquenten zu formiren. Die 2te Classe aus denen Delinquenten, die zwar nicht ganz infamer Weise, doch aber dolose et malitiose pecciret hätten. Die 3te Classe wäre aus denen, so weder durch infame, noch dolose, oder malitiose Verbrechen, sondern durch culpose Verbürgnisse in die Bau-Straffe verfallen, zu formiren.* Necesse igitur est, vt Iudices militares ad opus publicum condemnaturi militem, non solum tempus, sed et classem expriment in sententia. Affinis quidem fustigationis poenae est illa *castigatio*, quae vel publice, vel priuatim in carcere virgis per carcerarii seruum fieri solet. Locum plerumque habet in militem *liberis impuberibus* et ita dicitur solet: *Dafs N. N. durch den Stecken-Knecht mit 20. paar Ruthen im Gefängniß, zu züchtigen*, vel hunc in modum, prouti Anno MDCCCXI. contra puerum impuberem, qui furtum magnum commiserat, patrique furti conscio ablatos panes obtulerat, restituro maximam in partem furto, pronunciatum esse inueni: *Dafs der Reuter N. mit 6. mahl Gassen-Lauffen durch 200. Mann; Der Sohn aber N. mit 60. Ruthen-Streichen vor öffentlichen Regiment durch den Stecken-Knecht zu bestraffen.* Ast infamiam minime operatur, quemadmodum in ipsius rerum argumentis pronunciatum esse memini.

- a) quae genus quoddam cautionis habetur, qua reus iurat, se id, quod passus est, non vindicaturum, nec rediturum. *vid. ZANGER de quaest. et tortura cap. 5. n. 2.* Formulam vbique inuenies, quae tam

men in foro militari ita concipitur, vt specialis fiat mentio *supremae Generalitatis ac Reginis*: noch an Dero boben Generalitaet, oder dem löbl. Regiment rächen. Ceterum officialem elatioris gradus, qui in conflictu peponem pro corde habuerat, vltimo supplicio afficiendum, intuitu iuuentutis et inexperientiae a SERENISSIMO ita gratiam impetrasse scio, vt remotus ab officio vrphedam praestando promiserit, se gladio, quo ad seruitia strenue peragenda cinctus fuerit, in posterum vti nolle: Dafs ihm der Degen in des Herrn Dienst nicht mehr zu gebrauchen erlaubt sey, eamque vrphedae. formulam subscriptisse.

b) quo casu ita actum fuisse legi: Der Officier liess einen Creys um die Justiz formiren, alsdenn würde das Vrtheil publiciret, worauff der Delinquent dem Scharfrichter, der mit im Creys war, übergeben, und sobald die Hand an ihn gelegt wurde, liess der Officier den Creys wieder öffnen, und marchirte ab, nach diesem wurde 1. Vnter-Officier mit 4. Mann aufm Abdanck-Platz vor das schwarze Thor geschicket, den Kest, nachdem ihn der Scharfrichter wieder geben lassen, zu nehmen und herein auf den Bau zu führen.

§. IX.

De STIGMATIS INVSTI POENA, qua forma patibuli litera quaedam, aut sicut apud Gallos obtinet, lilia (*la fleur de lis*) tergo vel fronti cauterio inuruntur, prolixiores esse nolumus, siquidem id certum est, hodie illam in desuetudinem fere abiisse ob publicam vtilitatem, quam plerumque latrocinia exercendo turbant eiusmodi dehonestati, hominum commercium fugientes, omni fere meliorem sectandi vitam, praecisa occasione. Nihilominus tamen, vrgente necessitate, obtinere eam, extra omne dubium est, sicuti etiam anno CIOCCCXIV. pronunciatum reperi: Es ist demnach N. mit einem Brandmable an der Stirne zu bemercken, und sodann als ein Schelm vom Regiment zu jagen, vel fustigatione praecedente, hunc in modum sententiam latam esse: Dafs Delinquent mit Staupen-Schlägen vor der Armée nach abgelegten Vrpheden des Landes ewig zu verweisen, auch mit Brandmahlen auf den Rücken zu bezeichnen. Inter Caesareanos eandem

obtinuisse, testatur *illustr. Dn. KOSTKA in Obseru. milit. ad art. 33. n. 7. 8.* et quidem hisce potissimum casibus 1) in canicidio voluntario hunc in finem suscepto, vt quis sese militiae subtrahat. 2) quando infamis quidam homo statum suum dolose mentitus seque legi passus est^a). Vt cunque autem ista se habeant, magis mihi probatur eorum sententia, qui non, nisi in exemplum horribilius adhibendam eam esse censent.

a) Alt parum abest, quin credam, et ibi poenae huic nuncium fere missum, siquidem praeter testimonium *illustrissimi Comitis a KHEVENHILLER*, quod habetur in *Obseru. Punkten vor den Obrist-Wachmeister §. 45.* verbis: *Könnte selbiger bey dem Regiment als ein Steckenknecht gleichwohl obligat zu verbleiben, oder wohl gar des Freymanns Dienste zu verrichten angehalten werden, ipse in castris prope Viddinum an. 1737.* apud *inchezum Regimen Altheimianum* idem illud obseruatum fuisse vidi, licet oblatam sibi famae restitutionem fordide spreuisset canicida. Altero, quem commemorauimus, *casti ueritate*, an ibi tam frequens sit stigmatis inultio? me nescientem profiteor; Id autem non ignoro, *apud nos* aliter cum iis agi, qui inhaerentem natalium aut fordidae professionis maculam dissimulando militiae nomen dederunt. Cum enim superiori anno lictorum filii duo sese in numeros referri suerint sponte, explorata eorum conditione et causa SUPREMO COPIARVM PRAEFECTO delata, d. 13. Iunii 1739. respondebatur praemissa facti specie: *Ob nun wohl dergleichen Leute nach denen neuen Reichs-Gesetzen Professions erlernen können, und von denen Innungen nicht reuociret werden dürfen, mithin es das Aussehen gewinnen möchte, daß ihrer Duldung halber bey der Militz keine Schwierigkeit zu machen sey. Nachdem aber dennoch der point d'honneur bey der Militz weit delicater, als bey Innungen seyn muß, hiernächst aus dergleichen Vorwurff Mord und Todtschlag entfliehen kan, und fast nicht zu vermeiden ist; So wollen dieselben diese Leute mit einem Paß, worinnen subane Vußstände exprimiret, vom Regimente abschaffen, und selbige bedeuten, daß sie bey Vermeidung des Vestungs-Baues sich bey der Militz nicht wieder engagiren sollen.*

§. X.

Quod, cum in genere dicendum sit de istis poenis, quae *membrorum mutilationem* continent, (qualia quidem fata omnes fere corporis humani externae partes subire olim necesse habuerunt) *vid. SCHAMBERGII Diss. de iure*

iure digitorum Cap. IV. §. 10. illud speciatim de aurium
 et nasi refectione, *Nasen-und Obren-abschneiden*, profite-
 mur. Licet enim haec, quam diximus, poena fatis anti-
 qua et *Graecis* iam usitata fuerit, quippe qui eos, qui de-
 liquerant, frequenter solebant *ἐκκοτίζειν*, a quibus eam
Franci ^{a)} accepisse videntur, ita, vt CAROLVS M. in
addit. III. ad Leg. Sal. §. VII. et Capitul. IV. anni
DCCCV. Cap. X. nec non LVDOVICVS PIVS in *Capit-*
ul. anni DCCCXXIV. Cap. VI. delinquentibus *nares prae-*
scindere iusserint, pariterque maiores nostri *mulieres*,
 quae castra sequebantur, *inhonestas* naso resecto mutila-
 verint, *vid. GVNTHERS in vita FRIDRICI I. Libr.*
VII. v. 282. imo eadem in sequenti tempore desertori-
 bus subinde dictitata fuerit, *conf. SCHWARZ decis. milit.*
voce: Ausreisser n. 27. et Consult. Dn. SEYFRID, qui in
doctrina de desertoribus p. 139. nasi auriumque resectio-
 nem surrogatam aliquando esse, quoniam poenam suspen-
 dii ordinariam deterrendis a desertione militibus non
 sufficisse, visum fuerit, testatur, neque minus *Edictum*
Ser. BORVSSIAE REGIS de ao. 1711. b) quod apud
LVNIG in C. I. M. Part. Sp. p. 909. extat, praememo-
 ratam poenam renouauerit; Attamen hodie et praecipue
 in foro militari SAXONICO, si vnicum, de quo infra,
 casum excipias, plane exulat, adeo, vt iam anno MDCCCXII,
 sententia quaedam reprobata fuerit hance poenam sta-
 tuens, grauissimis a publica vtilitate deriuatis rationibus
 ac furrogata in eius locum ad opus publicum condemna-
 tione. Nobiscum faciunt ea, quae *Dn. KOSTKA l. c.*
ad art. milit. 6. n. 4. obtinere tradit, *Obr abschneiden*,
 item *Nasf vnd Obr abschneiden*, inquires, *kömmt bey*
denen Kriegs-Rechten täglich mehr aus dem Brauch. Wie-
wohl es anderwegs bey dem Profosen-Streiff auf Special-
Befehl

Befehl eines commandirenden Generals, an welchen in flagranti erwischten Marodeurs, Mausern vnd Beut-lägern seine Exempla hat. Casus autem, quem a regula paulo ante excepiimus, iste est, wenn sich einer um Gewinnst willen gebrauchen läst, andere zu prügeln vnd zu karbatschen, qualem hominem mercenarium praeter octo annorum cum carena biennali carcerem nasi auriumque refectione afficiendum iubet EDICTVM REGIVM contra Duella de anno MDCCCXII. §. 15.

a) vid. illustr. HEINECCI Elem. Iur. Germ. Lib. II. Tit. XXIII. §. CXXVIII.

b) conf. tamen eiusdem declaratio, quae an. 1712. subsecuta est, apud LVNIG. l. c.

§. XI.

MANVS AMPVTATIO, die Abbaugung der Faust, Hand-Abbaugung in foris militaribus extra hos casus vix obtinebit, nempe 1) in contumacia contra superiorem ex officio imperantem, quae quidem secundum art. 3. milit. SAXONÆ ELECTORAL capitaliter punienda, insuper tamen pro grauitate delicti et praecipue conditione superioris laesi et inferioris laedentis manus amputatione augeri solet, ad eamque respicere videntur verba dicti articuli: soll nach Beschaffenheit seines Verbrechens an LEIB und LEBEN etc. Quocum omnino faciunt reliquae LL. militarium tabulae et imprimis quae ante aliquot annos prodit Ordinance du ROI de France du 1^{er} Juillet MDCCCXXVII. art. 4. ita statuens: tous Cavaliers, Dragons et Soldats, qui mettront l'epée à la main contre des Officiers, soit de leur Regiment ou des autres Troupes de leur quartier ou Garnison, qui les frapperont de quelque maniere, que ce puisse estre, ou qui les menaceront, soit en portant la main à la garde de l'epée ou en faisant quelque mouvement pour mettre leur fusil en jouë; quand

quand même ils auroient été frapés et maltraitez par les dits Officiers, auront le poing coupé et seront ensuite pendus et étranglez. 2) Locum habet in violatae, vt dicunt, *saluae guardiaae crimine*, quando exercitus nostri miles hostile quid contra incolas aut locum Principis sui vel supremi Ducis protectione speciali gaudentem molitur. *vid. praelaud. DN. KOSTKA in obs. milit. ad art. 6. n. 4.* licet non sit negandum, quod pro gravitate criminis ad ultimum supplicium progredi soleant, praecedente insuper poena corporis afflictiva, *conf. CHVR-SAECHSISCHEN KRIEGS-ART. BRIEFF art. 4.* quae manus amputationem innuit.

§. XII.

ABSCISSIO DIGITORVM, *das Finger-Abbauen*, propria periurii poena est inter milites quoque obtinens, quod fati testatur. *Articuls-Brieff vor die Reichs-Völcker de anno MDCLXXII. art. 39.* qui ita se habet: *Wer meinydig und einen falschen Eyd schwören wird, dem sollen 2. Finger abgehauen vnd er als ein Schelm nicht allein vom Regiment vnd Compagnie, sondern gar aus dem Reich ewig verwiesen werden.* Non tamen est, vt putemus, quodlibet ideo periurium, quod committere potest miles, quam diximus, digitorum abscissionis poena coerendum esse, sed illud tantum, quando quis in iudicio ob propriam vtilitatem peierat, per **CONSTITVT. CRIM. CAROL. art. 107.** vel relegatus vrphedam frangit, antequam se a iuramento absolui curauit *cit. C. C. C. art. 108.* et **CARPZ. Prax. Crim. P. 8. quaest. 129. n. 29. sequ.** Quod, ni ita limites, quemcunque volueris, articulo- rum, in quos iurauit, militarium transgressor et praecipue defertores periuri poena praedicta efficiendi forent. Secus autem esse, quotidiana praxis comprobat, **nec**

nec aliud Leges militares faciunt, nisi forte ad desertionem frequentiore in exercitu frenandam supremus Dux poenam ordinariam ex prudentiae regulis exacerbendam atque extra ordinem aliquid statuendum iudicet, eoque pertinere videtur praecidium a SCHWARZIO in *Decis. Milit. sub rubrica: Ausreisser n. 1.* allatum. Enim vero, cum haec tantum sit exceptio a regula, facili negotio colligere poteris, supra commemoratum *art. 39.* et qui accurate cum eo conspirat, *articulum 105. des Fürstl. Braunsch. Lüneburgischen Kriegs- Rechts oder Articul-Briefs* nihil aliud statuere, quam quod in NEMESI CAROLINA circa periurii poenam dispositum est, propterea ex hac interpretationem sumendam esse. Quae cum ita sint, omnino stare non poterat sententia officiali inferioris ordinis, qui ad peragendos labores in Armentario, quod Dresdae est, cum nonnullis rei tormentariae militibus constitutus, vexilla aureis fimbriis spoliauerat easque vendiderat, suspendii poenam, *praeuia abscissione digitorum dextrae*, quos iurans crexerat, dictitans, sed *M. Decembris* CIO DCC XXX. ita mitigabatur: *Dass Inquisitus seines begangenen Verbrechen halber nach Schärffe der Kriegs- Rechte mit dem Strange am Diebs- Galgen vom Leben zum Tode zu richten vnd dessen Körper bis zum Abfalle allda zu lassen, derselbe aber jedoch mit der, noch überdis vor Vollstreckung sothaner Straffe des Stranges zuerkannten Abbauung derrer drey fordern Finger der rechten Hand, befundenen Vmständen nach, zu verschonen.*

§. XIII.

De LINGVAE et LABIORVM ABSCISSIONE in blasphemantes olim statuta, item EFFOSSIONE OCULORVM, quae iuxta CONST. CRIMINAL. *art. 159.* in furto

furto qualificato locum habebat, prouti poenis parum frequentibus hodie, in medium quid proferre superferdemus, hoc tantum monentes, eas, si forte militibus infligendae fuerint, merito ad eam, quam pertexuimus, classem referri.

§. XIV.

INFAMATIO iam succedit, *wenn einer infam oder zum Schelm gemacht wird.* Quam maximam ignominiae notam inter milites accuratius pertractando, in publicam et priuatam dispescimus. Priuata nobis dicitur, quae per *sententiam condemnatoriam* peragitur et simpliciter infamem reddit, *publica* autem praeter sententiam condemnatoriam requirit *ceremonias externas*, quae in circulo militum aut conductu eorum ignominiae causa accedunt. Equidem haec apud alios *exauctorationis* nomine venit, quo tamen ideo uti nolimus, ne forte nostra cum Romano exauctorandi more confundatur ab institutis Germanorum maximopere recedente. Rationem diuersitatis omnino comprobat *L. 4. §. 8. ff. de R. M.* quae illum, qui litem habuit et eo animo militiae se dedit, ut sub obtentu eius pretiosorem se aduersario faceret, *exauctorari quidem iubet*, statim tamen cauet: *exauctoratus eo nomine, non vique infamis erit, nec prohibendus lite finita militiae eiusdem ordinis se dare.* Accedit et hoc imprimis, ut Romanorum exauctoratio *arma*^{a)} *deponendi iussu* vel *ignominiosa missione*^{b)} conficeretur, nostra vero *publica infamatio das Schelm-machen, a carnifice*, vel ad minimum *carcerarii seruo, dem Stecken-Knecht*, in *absentes* quoque expediatur. Non igitur est, ut mireris, barbarum paulo *infamationis* vocabulum conuenientissimum nobis visum esse.

C

a) Apud

- a) Apud LVCANVM *Lib. V. v. 357.* ita CAESAR milites petulantes et ignauos alloquitur:

discedite castris,

TRADITE nostra viuis ignaui signa Quirites!

- b) elegans ignominiofae missionis formula habetur in HERTII *sive* OPPII *Libro de bello Africano cap. m. VII.* Caesar postero die de suggestu, conuocatis omnium Legionum Tribunis Centurionibusque, C. Auiene, inquit, quod in Italia milites populi R. contra rem publicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi rei publicae inutilis fuisti: ob eas res ignominiae causa ab exercitu meo te removeo, hodieque ex Africa abesse, et quantum potest, proficisci iubeo etc.

§. XV.

Vnde autem sit, vt inter milites publice infamatus dicatur *Schelm*, accuratius inquirere operae pretium erit. Sunt quidem, qui existimant, *Schelm* contractum esse ex *Schilnem*, et ita interpretantur, cui *Scutum ademtum*; ast, cum contrarium potius significet, nempe eum, qui *scutum detrahit*, merito secessionem ab iis facimus. Nec ab eorum sumus partibus, qui a *Schael*, quod obliquum, peruersum indicat, deriuant. *Conf. doctiss. WACHTERI Gloss. Germ. sub voce Schelm.* Satius omnino, vt hic quoque iudicat, vocis originem inspexisse videtur ECCARDVS ad *Legem Salicam p. 66.* qui deducit a Germanica voce SCHELEN, *deglubere*, ita, vt idem significet, ac *cadauer excoriatum*. Iam autem notum est, quam quod notissimum, infamandos ante executionem cingulo, armis priuari et vestitu militari exui, vt, quantum fieri potest, ne minimum quidem ipsis relinquatur, ex eoque more tales infamatos a reliquis militibus cordatis ac honestis pro *cadaueribus excoriatis, morticinis habitos* et quasi *corio suo militari priuati* essent, *Schelme, i. e. gescheelte, ausgescheelte* dictos fuisse, non sine probabilitate arbitramur, illudque conuiuium inter milites ortum, postea etiam in quemuis alium hominem proiectum et ca-

daue-

daueris instar abominandum tortum fuisse, credimus. Quam coniecturam nostram probabiliorem reddit frequens et usitata loquendi ratio: *Sie haben ihn ganz ausgecheelt, i. e. vestitu suo exuerunt*, eamque congrue satis retinuit SUPREMVVS EXERCITVS ELECT. SAX. DVX in der Ordre d. 28. Augusti MDCCXXI. cuius verba initialia haec sunt: *Ich habe zeitbero verschiedentlich erfahren müssen, das bey einigen Regimentern dieienigen Soldaten, welche wegen ausgestandner Capitulation, Alters und Leibes-Gebrechen, auch anderer Ursachen halber erlassen werden müssen, dermassen AVSGESCHEELTER dimittiret worden, das man ihnen nicht einmahl ein Camisol oder^{a)} Huth, vielweniger einen alten Rock gelassen, sondern sie in bloßen Hembde fortgeschaffet etc.* Suffragatur etiam sententiae nostrae art. XXV. des Holländischen Kriegs-Rechts, quem ita se habentem: *Wer außerhalb einer mercklichen Kranckheit, die seinem Hauptmann oder den Befehlsbabern wohl bekannt ist, sich vnter den Troß oder Bagage, oder auf die Waegen begiebet, soll in voller Versammlung der Compagnie bis aufs Hemd AVSGEZOGEN vnd ohne Geld vnd Passport aus der Compagnie ausgemustert werden, de publica infamatione in transgressores statuta merito interpretamur, nec absoni aliquid statuere putamus, siquidem ex HERODIANO in SEVERI vita constat: eum milites petulantes zonis et vestimentis militaribus exutos, nudos dimisisse. Fa-teor quidem, obliici mihi posse, absentes, v. g. desertores, transfugas, ex acie profugos infamari quoque publice, würden zu Schelmen gemacht, quamvis nec vestitu militari, nec cingulis, nec reliquis signis actualiter priuentur, adeoque probrosum, de quo egimus, nomen, salua derivatione praedicta, ad eos minime quadrare; respon-*

deo autem: a potiori ac frequentiori fieri denominationem et absentes istos desertores eiusdemque farinae homines publice infamatis similes reputari, quinimo apprehensos aliquando dilata ad tempus executione ista merito afficiendos esse. Et hoc quidem respectu *discin- gendi* habentur *pro discinctis*.

- a) Libertatis signum pileus erat olim v. g. in seruis manumissis, qui pileati funus domini comitabantur *L. vi. §. 5. C. de Lat. lib. toll.* Inter milites hodiernum dignitatis indicium dici potest, eo, quod in *publico famae restitutionis actu* praecipue solliciti sunt de imponendo *nono pileo* post vexilli vibrationem, projecto e faucibus eo, quo antea vii erant.

§. XVI.

Vt autem a digressu reuertamur, magisque thesiri nostram stabiliamus, sciendum est, *infamationem publicam* esse vel *symbolicam*, quae certis signis in absentes, vel *realem*, quae in delinquentis apprehensi corpus peragitur. *Symbolica* tribus praecipue modis absoluitur:

1) *publica proclamatione*, *da einer öffentlich für unehrlich ausgerufen und ausgeblasen wird*, vid. *REYTERBESTALLVNG MAX. II. Art. 62.* eamque *in castris* contra hostem positis potissimum obtinere credo, vbi id tantum intenditur, vt ad cuiusque notitiam perueniat, nec loco, nec tempore permittente, operosiori modo eam perficiendi. 2) *Executione in nomine*, quae inprimis circa *desertores absentes* et *captiuos* datam de sese iterum sistendo, vel non seruiendo *fidem viplantes* locum habet. Antequam vero ad eam procedi queat, id omnino agendum, vt absentes isti delinquentes publica citatione, more militari, per tympana aut tubas promulgata, trina vice per interualla semper XIV. dierum ad iudicium vocentur *peremptorie* et cum in termino tertio haud compareant, adhibita prius, vtut summarissima cognitione,

gnitione, in Iudicio militari sententia definitiua, contumaces adeoque banniti declarentur hac quidem formula: *dass dieselben insgesamt nunnebro pro confessis et conuictis vnd vor meineydige, treulose Deserteurs vnd Schelme, auch vor Vogelfrey vnd zu allen ebrlichen Handthierungen vnrüchrig zu achten, vnd ihre Nahmen, bis sie selber in Person zu erlangen, durch den Hencker an den Galgen zu schlagen.*

§. XVII.

Sententiam igitur condemnatoriam praesupponimus et recte quidem. Licet enim expresse dicatur in *Articulis-Brieff FERDINANDI III. art. 13. dass die Ausreis-fer ohne Urtheil vnd Recht an Leib vnd Leben gestrafft werden sollen*; Imo, quamuis notorietas criminis desertionis manifestior esse non possit, et vel ex sola contumacia processus iustificandus sit; non tamen mouemur, vt mutemus sententiam, cum non solum *art. 88. des H. R. R. KRIEGS-ART.* pro nobis pugnet, verbis: *Deren Nahmen sollen Kriegs-Gebrauch nach, i. e. secundum vsur ratione et moribus probatum, an Galgen geschlagen werden,* sed et omnium, quotquot sunt, in Germania, Iudiciorum militarium praxis et obseruantia patrocinetur. Conf. *I. P. v. s. de Iurisdict. milit. p. m. 153. seq.* Idem obseruatur circa *captiuos* sub data fide dimissos emanentes vid. *illustriß. COMITIS A KHEVENHILLER explic. der Kriegs-Articul ad art. 53.* vbi simul annotat, quod aliquando etiam *litera reuersales* vna cum nomine ab eiusmodi captiuo redeundi causa datae patibulo affigantur.

§. XVIII.

Dantur quidem alii, qui captiuum vlla ratione se obligare posse, negant, cum in alterius existat potestate, proptereaque libera non gaudeat voluntate, et quod si fecerit, exceptionem vis metusque ab eo pro liberanda

fide opponi posse, statuunt; Ex solidissimis autem IV-
 RIS NATVRALIS principiis ipsis iam satisfecit *illustr.*
 L. B. DE DANCKELMANN in *Diss. de pactis et manda-*
tis princ. captiui §. 3. seq. vt nihil plane dubii de ca-
 ptiuis quoque militibus superfit. Nota etiam est con-
 trouersia, quae anno MDCCCXIV. inter Danos et Suecos
 occasione officialium captiuorum maximo animorum mo-
 tu ventilata est, et rigorem vsus militaris pluribus com-
 probant edita ab vtraque parte scripta apud LVNIG. in
Append. C. I. M. p. 273. seq. in quibus subinde occurrit
 comminatio: *Dafs dieienigen, so innerhalb des Per-*
emtorial-Termini sich nicht sistiren, durch Vrthel vnd
Recht infam vnd Vogelfrey declariret, ihre Nahmen vnd
geführte Charges an den Galgen geschlagen, vnd wenn
sie wieder ertappet, in einem Stand-Recht so fort auf-
geknüpffet vnd gehencket, wo man aber ihrer in einem
Treffen vnd Bataille wiederum mächtig würde, gevier-
theilet werden sollen.

§. XIX.

Ritum ipsum affigendi quod attinet, satis superque
 constat, nomina desertorum integra patriamque laminae
 vt plurimum bracteatis inscribi, quas inferiori patibuli
 parti adnotas, praelecta sententia condemnatoria, car-
 cerarius pede subuertens carnifici tradit, quippe qui ex-
 ceptas patibulo secundum artis suae regulas affigit. Qua
 quidem occasione incidenter monendum venit, 1) in-
 concinnum esse, *regimen, turmam, cohortem*, quam quis
 deseruit, simul inscribere. 2) *Regimen equestris* cum
 alio *pedestris ordinis* in ciuitate Saxonica concurrens,
 nomina desertorum suorum non, nisi *praeuia* huius *re-*
quisitione, affigenda iubere posse, 3) nomen reducti de-
 fertoris, qui pro re nata ad opus publicum condemna-
 tur,

tur, interea temporis patibulo affixum manere, adeoque sententiae inferendum: *binnen welcher Zeit sein Nahme ander Iustitz zu lassen.* 4) desertorum nomina, quae coeli inclementia deleta non sunt, constructo forte no-uo^a) patibulo, quod sumtibus magistratus civilis fieri debet, denuo esse affigenda eum in finem, vt infamiae eorum magis magisque perpetuetur memoria.

a) nec palum patibuli loco substituere licet, vt responsum est an. 1731 hilce rationibus: *er ist an statt des Galgens eine Säule vorm Thore aufrichten zu lassen nicht berechtiget, als welche nur in Ermangelung des erstern im Felde vnd Marchen zu verstaten, weil die Delinquenten daran mehr Marter, als am Galgen ausleben, da der zu executirende mit dem Rücken an die Säule zu liegen kommt, dessen Neruen sich daran spannen vnd also das Genücke vom dem Hencker nicht so leichte, als wenn der Körper in der Luft hängt, gebrochen werden kann.*

§. XX.

Contigit tandem infamatio publica eaque symbolica 3) per executionem effigialem, quando nempe tabula, quae imaginem absentis delinquentis continet, e patibulo per carnificem suspenditur. Locum obtinet tam in fugitiuis officialibus superiorum ordinum propter rem turpiter in expeditione gestam, ex acie profugis etc. quam contra eos, quorum, commisso in Duello homicidio, propter absentiam copia haberi nequit, per nouiss. MAND. contra Duella §. 41. Nos autem hancce executionem tanquam famosam militum poenam ob militare delictum statutam considerantes, missis posterioribus, quomodo contra priores procedatur? paulo vberius explicabimus: Peracto nimirum processu bannitorio, de quo supra, ita pronuntiatur: *Dass der N. vor infam zu declariren vnd dessen Bildnis an die Justiz zu hängen, auch wenn er künfftig zu erlangen, derselbe nach vorhergegangener Zerbrechung des Degens von dem Scharff-Richter zu decolliren, vel ita: N. ist vor infam zu declariren, in effigie aufzu-*

aufzubencken, auch solches, wenn er über kurz oder lang ertappet wird, an seiner Person zu exequiren. Executio effigialis ipsa hifce ceremoniis Dresdae an. CIO MDCCXVII. peracta est, vti in *Tabulario* quodam publico annotatae leguntur: Es sind nach geschlossenen Creysß vor der Haupt-Wacht, die in effigie allda befindlichen Delinquenten durch ein Commando von 1. Vnter-Officier vnd 8. Gemeinen abgeholet, und durch 2. Vnter-Officiers in den geschlossenen Creysß bey der Iustiz gebracht, allda an den Profos übergeben vnd alsdenn das gesprochene Vrthel publiciret vnd verlesen, hierauf derer selben Bildnisse mit ihren Nahmen, welche vorher an einer Leiter an die Iustiz gelehnet, von dem Profos mit dem Fusse umgestossen, von dem Scharffrichter übernommen vnd an die Iustiz aufgeböcket, der geschlossene Creysß aber hinwiederum geöffnet, vnd solchergestalt der Executions-Actus geendet worden. Memorabilis praeterea est sententia contra Generalem equitatus foederati Belgii Commissarium, Iohannem Barton de Mombas, pronuntiata, quam exhibet LVNIG in *App. C. I. M.* p. 910. it. DOEPLER in *Theat. poen.* P. 2. p. 642. et haec inter alia continet: Soll sein Bildniß durch den Scharff-Richter an den Platz, alwo man das Hals-Gerichte zu thun pfleget, gebracht, vnd daselbst an den Galgen geknüpft werden.

§. XXI.

Progredimur iam ad *infamationem publicam* eamque *realem*, vbi statim sub initio monendum, eam esse plerumque *praeparatoriam* ad aliam poenam vel capitalem, vel corporis afflictiuam subeundam et ita iungi, vt *utramque* omnino *praecedat*, in eoque differat ab *infamatione priuata*, quae afflictiuam corporis *sequitur*, eo casu, quo a Commilitonibus, non a *) carnifice, infligenda venit. Ex ea autem ratione accedere solet *infamatio publica*, quoniam solenni ritu olim gladio *cingebantur* milites, in adepti

adepti honoris indicium et rerum bene gerendarum incitamentum, adeoque, quo tributus est militaris honor, eodem modo propter turpe factum indigno adimitur. Et licet, uti in multis aliis, hodierni circa infamationem istam realem mores variant, hoc tamen certum et in foro quoque militari Saxonico expeditum est, ut *gladius* infamandi frangatur, accedentibus ob gravitatem criminis aliis subinde ritibus, prouti sententia lata est. Ritus ipsos quod attinet; teste *illustriss. COMITE a KHEVENHILLER in Observations-Puncten tit. vom Obrist-Wachtmeister N. 48. in Exercitu Caesareo* ita obtinuerunt, ut pro infami habendus carcere in publicum eductus, solutus per carcerarii seruum vinculis, ab eodem genu percussus una cum gladio carnifici tradatur, quippe qui hunc super caput infamandi frangit, ad pedes frustra proiicit et insuper, si quid *ex vestitu militari* reliquum habet, violento modo *lacerat*, ipsumque, iniecto iterum pede, et prolatris verbis contumeliosis abigit, aut per seruos suos abigendum iubet. Augentur quandoque ita, ut vexillum super caput infamandi compicetur, frustis fracti gladii os vel caput eius verberetur, a carnifice seruis suis traditus colaphis excipiat, quin imo, nisi supplicium ultimum insequatur, curru excoriatoris infidens in facie totius exercitus abducatur, quippe quod *Comiti a Heydersdorff*, proditionis *Heidelbergae* reo, an. 1693. accidisse, videre est apud *LVNIG. C. I. M. p. 1438.* De iis, quae inter *Gallos* obtinent, ceremoniis, conferri potest egregius libellus, qui titulum habet *la conduite de Mars à la Haye 1685. p. m. 86.* ubi dicit Auctor: *F'ai parlé ci-dessus des Officiers et des Soldats, qu'on degradoit, mais comme je n'ai pas dit, quelles formalités on observoit pour cela, je l'expliquerai ici. Premièrement il faut qu'on ait été jugé par le Conseil de guerre, apresquoi on fait venir le criminel devant son Regiment*

D ment

ment, qui est sous les armes, le criminel a le chapeau sur la tête et l'épée au côté, mais liée d'une façon, que quand il la voudroit tirer, il ne seroit pas dans son pouvoir, on lui lit alors la sentence, et quand on est à l'endroit, ou il est fait mention de sa condamnation, on lui jette son chapeau à terre et on lui ôte son épée, non pas de la façon, que chacun ôte la sienne, en faisant passer son baudrier par dessus sa tête, mais en le faisant descendre le long de reins, pour passer par dessous les pieds et puis quand cela est fait, on lui donne trois coups de pelle sur le cul et voilà toute la cérémonie. In SA-XONIA nostra anno MDCCCXXX. infamatio publica ita peracta est Budissinae, ut carcerarii seruus, praecua infamiae declaratione, delinquentem e circulo pede truderet, post praestitam vrphedam carnifex eum exciperet, gladium, quo vsus erat, frangeret, ex vtraque parte caput frustis feriret, haec ad pedes proiiceret et tunc in perpetuum relegandum abduceret.

- a) Carnifex, Scharff- und Nachrichten, Hencker, Freymann, annumeratur inter Caesareo carcerario cum suis. Extra castra non facile aluntur, in castris tamen ad minimum vnus Exercitum sequitur, quem superiori bello Pomeranico an. MDCCCXII. ad munus suum rite obeundum iuramento peculiari adstrictum fuisse, ita inueni: Dafs Sr. K. M. ich allerunterthänigst treu vnd dienstgewärtig seyn, Dero allerhöchsten Nutzen nach allen Vermögen befördern, Schaden vnd Nachtheil aber verhüten, zu beoher Genevalitaet Befehligen mich allezeit willigst erzeigen, die anbefohlene Executions nach meinem besten Verstande, Wissen vnd Gewissen, nach genauen Inbalt derer Vrtheils, an denen Delinquenter vollziehen vnd mich sonst allenthalben dergestalt verhalten wolle, wie es das Amt eines Scharff- und Nachrichten mit sich bringet. So wahr etc. de quo praestito testimonium lipi, ein Pflicht-Schein, exhibitum fuit. Quando autem carnificis copia haberi nequit, alius quidam vilitis homuncio, qui potest, vices eius peragit, vt superiori bello Caesareo Turcico Rascianos aut Cingaros mirifica aptitudine easdem subiisse, vidimus.

§. XXII.

Cum autem non tantum singuli, sed et integra regimina, turmae, cohortes eiusmodi facta turpia v. g. fuggam

gam ex acie, desertionem committere possint, quae infamationem publicam merentur, ita et *Leges* nostrae *militares* pari rigore tam contra singulos, quam vniuersos statuunt: vid. MAXIMILIANI II. *Reuter-Bestallung art. 63. Articuls-Brieff vor die Reichs-Völcker de anno MDCLXXII. Art. 72.* et inprimis ob casuum distinctam enumerationem das *Brandenburgische Kriegs-Recht oder Articuls-Brieff de an. MDCLXXIII. Tit. VII. et Braunschw. Lüneburgischen Articuls-Brieff art. 71. seq.* Neminem enim fugit et satis comprobatur notissima superiori seculo lata sententia, secundum quam a BURGERO in *obs. milit. centur. 2. obs. 64.* exhibitam, totum Regimen *Madloianum* habitum est ita, vt omnes, qui intererant, publice pro infamibus declararentur, et signa frangerentur, praetereaque Centuriones et Locum tenentes gladio plecterentur, reliqui autem, praecua decimatione, in viis publicis arboribus suspenderentur, fractis antea singulorum gladiis per carnificem. Quam sententiam, licet crudelitatis alicuius cum EBERHARDO WASSENBERGIO a DN. KOSTKA d. l. p. 254. citato arguere nolimus, id tamen certum, plerasque constitutiones militares recentiores et obseruantiam pristinum rigorem circa milites gregarios per tesseram a suspendio liberatos aliquatenus temperasse, et id quidem fanciuisse, vt sine signis et vexillis extra castra habitantes ministeria seruilia et ingnominiosa perficiant, vsque dum melioris vitae ac virtutis edant specimina. Quo ipso Romanorum mores secutae sunt, qui, cum magnum captiuorum numerum a PYRRHO Rege vltro missum recepissent, teste VALERIO MAXIMO *Lib. II. Cap. 7.* ita decreuerunt, vt ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent, neue quis eorum intra castra tenderet, neue locum extra assignatum vallo aut



fossa cingeret, neue tentorium ex pellibus haberet, nec quis prius ad pristinum militiae ordinem admitteretur, quam si bina spolia ex hostibus tulisset. DECIMATIO ipsa, quomodo apud NOSTRATES pronunciata fuerit, monstrat sententia d. 23. Aulii CIOCIVI. contra Moschos ex proelio Fraustadiensi fugientes lata huius tenoris: Sind wegen dieses großen Verbrechens gesammte Gemeine, so damahls würcklich in Reyben vnd Gliedern, auch bey denen Schweins Feder-Balcken vnd Messern commandirt gestanden, vnd noch iezo dauon allhier verhanden, als treu-ehruergessne vnd feldstüchtige Leute zu achten, dauon der 10te Mann, so durch das Loos der Würffel verliebret, aufzuhengen vnd mit dem Strange vom Leben zum Tode zu bestraffen, die übrigen aber, so sich losspielen, wenn sie vorhero wieder vor ehrlich erklæbret vnd zu besserer Treue vnd Standhaftigkeit ermabnet worden, 6. mahl durch 300. Mann Spiesruthen zu jagen. Alii sententiae illud adhuc iunctum est: vnd die, so sich losgespieler, zuzörderst vor ehrlich erklæbret (quod lecto proclamate factum) hernach zu besserer Treue vnd Standhaftigkeit ermabnet, mit Spiesruthen bestrafft, aufs neue verpflichtet vnd zu fernern Herrn-Dienst beybehalten werden sollen. Hanc quoque in Actis publicis, occasione memorati proelii collectis, deprehendimus votandi nonnullorum formulam, quae Regimen desultatorii ordinis decimandum iubet ac circa eos, quos fors a suspensio immunes fuerit, hunc in modum statuit: die übrigen aber eine gewisse Zeit ohne den rechten Sporn reutben sollen bis sie von Königl. Maj. wieder pardoniret worden. Parum quidem obuia erit allata haec iudicandi ratio; Ast propterea suo non destituitur fundamento, cum olim calcaria amputarentur militibus degradandis, vid. DV FRESNE in Glossar. voce: calcaria. Quand on vouloit degrader un Chevallier convaincu d'auoir commis quelque action indigne de son caractère, on trançoit ses éperons sur un fumier. P. RICHELET Diction. voce: éperon.

§. XXIII. *Ordo nos ducit, ut quaedam de INFAMATIONE PRIVATA proferamus in medium, quae, quando officialibus superiorum ordinum dicitur, proprio nomine Cassatio cum infamia dicitur, reliquis autem infligenda infamatio priuata audit. Germanice vocatur: Schimpfliche Verweisung vom Regiment, vid. Hannöuer. Art. Br. Cap. 2. Art. 11. item Militair Justiz-Reglement Cap. 3. §. 6. et 9. Cassatio itaque cum infamia, quae ob delicta eminentioris doli, pßicht- ebr- vnd gewissenslose Vergehungen, officialibus superiorum ordinum, uti diximus, infligitur per sententiam condemnatoriam, eo ipso ad poenas famosas maiores, minus tamen solennes referenda ita pronunciatur: dasß N. cum infamia zu cassiren, vel hoc tenore: wird N. wegen derer an der Mannschafft der ihm anvertrauten Compagnie vnternommenen Vorenthaltung vnd Verkürzung ihrer Gebührnisse, wie auch seines bey der Musterung verübten Betrugs, mit Verlust seiner Compagnie, Characters, Degens vnd Ehre cum infamia cassiret, wobey Inculpato nachdrücklich zu intimiren ist, dasß er künfftighin der Herrn-Monirung, des Degens, port d'epée, vnd alles dessen, wordurch er bislanhero als Soldat vnd Officier einige Distinction zu genießen gehabt, sich bey vnausbleibender Straffe enthalte, sich auch seines bishero gebabten Characters weder selbst gebrauche, noch dabey sich nennen lasse. Qua sententionandi formula in FORO MILITARI SAXONICO vtuntur quidam, eo, quod ex RESCRIPTO REGIO de anno MDCCXXXVII. officiales remoti, quamdiu literas dimissorias ex gratia SERENISSIMI haut impetrarunt, wenn sie nicht nachgehends aus Gnaden von I. K. M. mit einem Abschied versehen worden, pristini tituli, vestitus et insignium militarium sub graui poena inhabiles declarantur. Conf. omnino VNIVERSAL-ORDRE d. 17. Augusti iam dicti anni, eiusque DECLARATIONEM*

d. 6. Sept. subsequenter, ita iubentem: *Es wolle auch Mhbl. Obrister auf diejenigen Officiers, welche auffer Dienst in Dero Regiments-Quartiers Bezirck ietzo oder in Zukunft sich befinden möchten, gute Acht haben, denen, so zu ihrer Legitimation einen ebrlichen Abschied zu produciren nicht vermögend sind, I. K. M. allerhöchste Willens-Meynung bekannt machen, und selbigen die Benennung nach ihrem vormahls gehabten Character, wie auch den Gebrauch der Montirung der Armée, eines port d' épée, Stock-Quasten, Feld-Zeichens und was ihn sonst als einen Soldaten und Officier in hiesigen Diensten distinguiret, bey Vermeidung schwerer Verantwortung und hoher Straffe vntersagen lassen, mit der angefügten ernstlichen Bedeutung, daß nicht vnterbleibenden Falls besagte Stücke ihnen von der Wacht abgenommen und die vorsetzlichen Contravenienten bey der geringsten bezeugten opiniatre und Widerspenstigkeit arrêtrirt zu werden ge-waertig seyn sollen etc.*

§. XXIV.

Subofficiales et milites gregarios quod attinet, extra omnem dubitationis aleam positum est, nec istos ab infamationis priuatae poena esse immunes. Hanc enim indicat Imperat. LEOPOLDI Articuls-Brieff art. 33. vbi dicitur: Mit Verlust seiner Ehren vom Regiment verfloffen werden. Et quem porro fugit, fuscipiendae desertionis, conuenticularum illicitorum, sermonum ad concitandos commilitonum animos ac communis renitentiae auctores eo casu, quo vltimum supplicium ob delictum modo inchoatum aliamque causam vel infamationem publicam effugiunt (quod rarius tamen contingere fatendum est) ad minimum priuatam pati, ita de iure respondendo: Dafs N. weihn von ihm zu befürchten, er werde dergleichen mehr thun und grösser Vnheil stiften, nach erlittener Straffe, mit Verlust seiner Ehren, als

als ein Schelm, item als infam und ehrenlos vom Regiment zu schaffen.

§. XXV.

Equidem videri possët, talem sententiam *magis publicam*, quam *priuatam* infamationem indigitare, nec dissimulandum est, executionem vtriusque perperam quandoque *confundi*, sententiae terminos excedendo; ast cum hic tantum sit quaestio, quid fieri debeat? non est, vt mutemus ea, quae supra diximus. Verba enim: *als ein Schelm*, id vnice volunt, vt delinquens *ad similitudinem* vel eo, quo *publice infamatus* (ein Schelm) *abigitur modo, arceatur, et wird nicht durch eine ordentliche Execution zum Schelm gemacht, ihm der Degen zerbrochen, sondern nur nach der Weise, wie man einen Schelm wegiaget, fortgeschaffet*, quippe quod secundum obseruantiam per carcerarii seruum fieri solet, *vid. allegat. art. 6. des Hunnôuerischen Reglements*; cuius quidem opera necessaria non est, quando solummodo verba: *weg jagen, abschaffen, etc.* in sententia adhibita sunt, sed *liber* delinquenti, exantlata poena, *abitus* permittitur. Probe igitur sententiae verba discernenda sunt, ne durius forte aut remissius quid statuumus.

§. XXVI.

Ad *poenas famosas minores* quod spectat, ex iis primo loco sese offert *CASSATIO SIMPLEX*. Haec verifatur quidem circa *honorem militis* et praecipue *officialis*, cum aliquo omnino probrosus sit, non ita quendam officii sibi demandati rationem habuisse, vt illud in posterum obire queat; Verum *infamia* inde non imminet. Simplex enim cassatio infamatione minor poena est, quoniam ob leuius delictum minime infamans irrogatur. Nec constitutiones militares quosdam ob certa delicta atrocia

atrocia *cum expressa infamiae declaratione* a militia accendos statuissent, si haec omni cassationi tacite iam inesset. Pluribus haec persequitur praelaudatus *Dn. SEYFRIED de habitu Iuris Milit. p. 88. seq.* sub calcem quoque addens: reo tamen melius adhuc prospici, si Iudex ipsi *honoris existimationem expresse reseruet.* Frequens hoc esse, plurimae testantur sententiae, ex quibus eam, vt recentiorem, tantum nominamus, qua anno *CIO DCCC XXXIIX.* Vice-Colonellus *P.* et supremus Vigiliarum Praefectus *B.* ob non impeditam *Nissae* deditio- nem remoti sunt, addita clausula: *cum reseruatione honoris.* Verum enim vero frustra me hercule reseruatur illud, quod saluum et integrum permanet! Et, quod si delictum, ex quo condemnatur reus, ita comparatum, vt infamia inde immineat, *iudex inique famae cauet* mitio- remque sententiam dicit, quam lex postulat, vt taceam, *reseruationem* non minus, quam *restitutionem famae* fo- lius *MAIESTATIS* esse. *Conf. B. GRIBNERI Opusc. Tom. I. Sect. 4. §. 12.* Nec obstat, quod sint, qui formu- lam istam excusent, statuentes non reseruari per eam fa- mam, sed declarari, poenae famosae minus esse locum, rectius tamen ea in *FORO SAXONICO MILITARI* ab- fineri videmus.

§. XXVII.

Qualem porro in iam laudato foro effectum produ- cere debeat, quam nonnulli addunt, pronunciandi for- mula: *ist obne Abschied zu cassiren?* ne cum ignarissimis scire fateor. Quodsi enim *literae dimissoriae* remotis officialibus conceduntur ex *mera SERENISSIMI gratia* vt patet ex *RESCRIPTO supra §. XXIV. allegato*, gra- tiam istam *excludere*, aut certos isti terminos ponere non poterit iudicis inferioris sententia. Accedit etiam,

vt

vt formulam istam ab *exteris*, vbi officiales epistolas impetratae missionis a *regiminum praefectis* accipiunt, promanare probabile fit, qui vel *ipsi* iudiciis bellicis, vel per suum *vicarium* praesunt, adeoque in sententia ipsorum auspicio dicta statim denegare possunt id, quod ab ipsis vnice dependet. *Conf. Du. KOSTKA in obseru. ad Art. 4. n. 8. ibique verba: Weil der Obriste selbst oder sein Stadthalter, id est: der Praeses in Kriegs-Rechten neben andern Classen votiret und Recht spricht, sey des Obristens Erkännmiss vnter der Kriegs-Rechtlichen jedesmahl inne verstanden.*

§. XXIX.

In alium impingunt lapidem, qui sententiam cassationis ita minuunt: *mittelt eines Abschieds zu cassiren, vel: jedoch mit einem Abschied zu versehen*, cum tamen notissimum sit, eam ob delictum irrogatam *per se cum literarum dimissoriarum dispendio* coniunctam esse, quippe quae in testimonium seruitiorum rite praestitorum exhibentur et ex aggratiandi iure *PRINCIPI proprio* fluunt remotis officialibus *per abolitionem* demum concedendae.

§. XXIX.

Quibus praestructis, nec isti mihi probantur, qui delinquentibus prospecturi, loco cassationis *formulam* substituant: *ist mit Verlust seiner Charge zu bestraffen, jedoch mit einen Abschied zu versehen*, quoniam hi non minus, quam illi ob delictum officio priuantur, adeoque pariter *indigni* censentur, qui literas dimissorias accipiant, ne dicam, *cassationem et iacturam officii* poenae loco dictitaram *pro synonymis* habendas esse. Finge enim: abolitionem *PRINCIPI expressam vel tacitam*, quae *per codicillos missionis* fieri intelligitur, non accedere, quatenam missionis causa illis inferenda erit? Honorifica profecto dici non poterit, quae muneris priuatione ob factum quoddam illicitum nititur, proptereaque parum utilitatis tibi allaturum esset tale testimonium. Sequeretur

E

rerur

retur porro, nullam esse differentiam inter eos, qui ex causa laudabili dimissionem impetrarunt, et hos, qui inuiti munere priuati fuerunt, quando ambobus *aequale testimonium* dari deberetur, quod tamen valde noxium et ad delinquendum inuitare posset.

§. XXX.

Comuenientissimum igitur esse iudico, *nullam* circa cassationem dictandam in sententia facere *mentionem des Abschieds*, sed *PRINCIPIS* aut *SUPERIORVM arbitrio* committere, quidquid desuper statuere placebit. His stantibus, simpliciter ita sententiamus: *ist seines Verbrechens halber zu cassiren*, id quod *idem* efficit, ac si super commeatus iactura pronunciatum fuisset, quae cassationi *inseparabiliter* inhaeret. Hoc etiam respectu *praecise necessarium* non videtur, vt exprimatur in sententia id, quod circa *officiales remotos* in supra (§. XXIII.) laudato *RESCRIPTO REGIO* dispositum est, cum alias *reliqua* etiam *priuelegia ac pristinae dignitatis indicia*, quae per cassationem *perdunt*, commemoranda forent.

§. XXXI.

Nec parum quandoque solliciti sunt circa electionem *cassationis cum infamia et cassationis simplicis* iudices militares, praecipue, quando arbitrarie dictandae veniunt. Mihi, *deficientibus LL. militaribus*, tam nostris, quam exteris, (quae omnino in subsidium vocari debent,) haec est sententia: praesupponendum, factum turpe, cuius est quaestio, commissum esse, vel *contra honorem proprium* militis, qui suos gradus, vti ipsa militia habet, vel *citra honorem proprium rem militarem publicam* primario laesam esse, *wenn über die Hindansetzung eigener honneur durch des Verbrechers ehrlose That der Dienst des Herrn am meisten gelitten*, ac priori casu *simplicem*, posteriori *cassationem cum infamia* locum habere credo, nullus dubitans, quin vtraque species secundum trutinam hanc-

hancce ponderari queat. Et, licet verum fit in regula, quod functiones poenales neutiquam extendendae, *generale* tamen *cassationis* vocabulum eam non minus comprehendere poterit, *quae infamiae coniuncta est*, siquidem Lex disiunctive aliquid prohibuerit: *bey Vermeidung der Cassation oder anderer nachdrücklichen Bestrafung etc.* Eamque ob causam facile concedimus, officiales *Steuralen*, vti aiunt, cum alia vilioris farinae moneta lucris causa permutantes, vel citra valorem in Mandatis expressum accipientes aut erogantes, pro circumstantiarum qualitate, cum infamia remoueri posse, cum eiusmodi lucrucupido in fraudem inferiorum suscepta, non solum valde probrosa et dignitati contrarians, sed et reipublicae vehementer nociua sit.

§. XXXII.

Non incongrue hoc loco quaeritur: an iudices militares *longioris temporis carcerem*, qui in EDICTO contra Duella diuersimode statutus est, propria auctoritate in cassationem immutare queant? Vrgent aientes: Non solum carcerem diuturnum *commilitonibus*, qui loco incarcerati seruitia praestare debent, atque *Aerario*, summopere onerosum esse, sed et officialem per anni spatium vltra tempus commeatu emanentem, in Saxonia per ORDRE de anno MDCCCXXI. ipso iure iaeturam officii incurere, multo magis eum, qui pro grauitate admitti per triennium et plures annos carcere detineatur, adeoque sua culpa absens sit. Cum autem EDICTVM de Duellis Militiam omnino respiciat et ART. MILIT. XIII. ad illud sese referat ac §pho 59. *dictae Legis* praeter alia expresse cautum: *Wieder dieses Unser Duell-Mandat ohne Unsern Vorbewust und Einwilligung keinesweges gelinder zu sprechen*, talem immutationem ad reservata PRINCIPIS pertinere, ab eademque abstinendum esse iudicibus militaribus, certo persuasi sumus.

§. XXXIII.

Obiter iam iam diximus, officialem per anni spatium, ultra praefixum commeatu tempus sine prolongatione impetrata emanentem, eo ipso priuari officio, id, quod nobis in memoriam reuocat *Officiales* ex cambialibus, aut aliis debitis *obaeratos*, qui intra tres menses a die incarcerationis vel a re iudicata computandos creditoribus non satis facientes, muneribus priuari et ad horum petita Magistratui ciuili tradi debent, vid. *ORDRE vom 23. Iunii MDCCXXV.*^{a)} Quibus quidem casibus sententia condemnatoria opus non est, antequam tamen officii suis excidant, ad Superiores causam referendam esse, per se manifestum.

a) quam subinde ante biennium *RESCRIPTO REGIO confirmatam* denuo publici iuris fieri iussit *SUPREMVVS MILITIAE PRAEFECTVS*: Gleichwie nur Sr. K. M. erinnert seyn, was massen allerzeit unterm 23. Iunii 1725. eine Vniuersal-Ordre an die gesamte Armée ergangen etc. Also haben allerhochst dieselben, das vorangeregte Ordre aufs neue bey der Armée zu jedermanns Wissenschaft gebracht werde, vermittelst Rescripts vom 20. huius (an. 1738.) allergnaedigst anbefohlen, diesem aber auch noch bezusügen verordnet, wie zwar denen Officiers auf ihre Traktaments-oder Pensions-Quitungen Gelder aufzunehmen unbenommen sey, jedoch, der bey der Gener. Kriegs-Casse bereits eingeführten Gewohnheit nach, keine andere Quitung, als diejenige, so zuerst daselbst präsentiret und notiret wird, und zwar nicht aber, als bis der Monat, worauf die Quitungen ausgestellt worden, faellig ist, bezahlet; Vbrigens aber, wenn es sich traesse, das der Officier, so dergleichen Quitungen ausgestellt, verstürbe, oder durch Cassation und Dimission abgienge, alsdann nicht mehr, als der Monat, in welchem er abgegangen, oder in seiner Mause der gewöhnliche Wirtwen-Monath vergütet werden soll.

§. XXXIV.

Cassationem in commemoratione poenarum militarium excipit *DEGRADATIO*, qua miles superioris cuiusdam ordinis gradu ac dignitate pristina depositus, ad excubias remittitur. Non est institui nostri, vt indicemus differentiam, quae habetur in *L. 3. §. 1. ff. de R. M. inter gradus dejectionem Romanorum et militiae mutationem*, hoc tamen sicco pede praeterire non possumus, nostris

nostris moribus pro detrusione in deteriore militiam habendum non esse, quando quis, *qui equo meruit*, in *peditum* numerum redigitur. Contrarium fouere videtur BEIER in *Iuris milit. prudentia* L. 2. Tit. XI. n. 678. seq. Cum autem de eo tam in his, quam in aliis generaliter notandum sit, quod circa LL. Romanarum recitationem nimium subsistat, partes eius minime sequimur. Constat enim, haud raro equites ad *peditum* cohortes transcribi; verum poenae loco nunquam, siquidem absonum foret, statuere, qui *ex equitibus selecti* (*die ausgehoben werden*) ad *peditatum* transferuntur, *puniri*, aut alios *versa vice promoueri*. Et quamuis interdum ob irregularitatem ordini pedestri eques tradatur, hoc tantum ideo fieri solet, vt ibi diligentius obseruari queat, quam inter equites in SAXONIA ruri dislocatos, ne silentio inuoluam, hoc etiam casu cautione quadam opus esse, ne, oblata occasione, validam deficientis *consensus*, qui ad essentialia pacificationis militaris refertur, exceptionem opponere possit. Quare statutum inuenio in *Ordinat. nouiss. Hannou. bellica* Cap. IV. §. fin. *Kein Chef eines Regiments soll einen Reuther oder Dragoner wieder seinen Willen vnd Neigung vnter die Infanterie vnd diese vice versa geben, sondern er soll den zu dimittirenden, wenn er denselben in Güte dazu nicht disponiren kan, die Freyheit lassen, sich vnter eines Vnserer Regimenter zu engagiren, vnter welches er will, oder gar frey zu bleiben.*

§. XXXV.

Quo autem reuertamur ad *degradationem* ipsam, quae Germanice dicitur: *Setzung auf die Schild-Wacht*: it. *Standes-Erniedrigung*, propterea quae cum illa apud Gallos, vt supra diximus, obtinente non confundenda est, confitemur omnino, aliena esse ab hodierno Curiae bellicae stilo ea, quae LVNIG. P. in C. I. M. P. II. p. 1437. circa *degradationem officialium sublimioris gradus* afferre

voluit, quoniam ea superioribus vigiliarum Praefectis, aut qui ipsos antecedunt, neququam dictanda est, sed circa Centuriones definit. *vid. Dn. KOSTKA ad art. milit. 6. n. 6. et allegatum ab eo RVSSISCHES KRIEGS-REGLEMENT Cap. VIII. art. 10.* Diuiditur in *determinatam ac minus determinatam*, et illa iterum in *temporariam et perpetuam*, inter quas ratione durationis quidem discrimen subest, non vero ratione modi circa eas statuendi. Apud alios quidem aliter; in SAXONIA autem ELECTORALI, quamcunque speciem degradationis respicias, *regulariter per sententiam* irroganda atque a SUPERIORIBVS, qui hac auctoritate pollent, confirmanda est. Sic cum anno MDCCXXXIX. gregarii quidam milites crearentur Decuriones, *) *Corporals*, praconceptae de ipsis spei haud respondentes, breui manu eos in pristinum statum reducere existimabatur. Delata causa ad SUPREMVM GENERALEM, prohibuit mutationem hancce compendiosam, addito mandato, vt contra decuriones munera sua rudi Marte obeuntes per *Iudicium bellicum* sententia ferri eaque confirmationi tradi debeat. Pluribus argumentum nostrum probat *Instructio quatuor Exercitus Regio-Electoralis-Saxonici Praefectorum de an. MDCCXXXII. §. 19.* sub finem, vbi ita sese exprimit SVMMVS DVX: *In delictis grauioribus vnd Capital-Verbrechen, wo dem Delinquenten der Verlust Haab, Guth, Leben, Ehre vnd Charge zuerkannt wird, als deren Abibuung nirgends anders, als vor den General Kriegs-Gerichten zu bewerckstelligen, ist der, durch besetztes Kriegs-Recht ausgefallene Spruch an mich, den General-Feld-Marschall, zu weiterer Erkenntniß vnd Confirmation einzusenden; Was aber die Entsetzung der Charge bey denen Vnter-Officers anbelanget, solches wird bey vorkommenden Faellen der Cognition vnd*

DECISO Sr. Excell. als commandirenden General überlassen.
a) Corporal Centuriae, VEGETIO L. 2. cap. 13. teste, in contubernia diuisae

diuise sunt ita, vt decem militibus sub vno papilione degentibus vnus praeesset decanus, qui caput contubernii nominabatur: contubernium autem manipulus vocabatur, eo, quod coniunctis manibus pariter dimicabant. Vnde contubernales dicti sunt, quos SPARTIANVS et alii commanipulares, commanipulones et commanipulationem dicunt, vt AMMIANVS *Lib. 21. concorporales*. Cui demum voci nomen illud debetur, quod ipse contubernialium decanus (*Corporal*) etiam num hodie appelletur vid. NAUDAEVVS *de studio milit. Lib. 1. §. 30.*

§. XXXVI.

Illud non minus operatur apud nos degradatio, vt eadem affecti stipendium, quo haecenus prout officiales aut subofficiales gauisi sunt, imminuat, quo ipso ^a) *aere dirutis* (sicuti nominabantur olim) aliquid comparari possunt, adeoque semper inferendum sententiae: *ist seiner Charge zu entsetzen, vnd bey gemeinem Tractament so lange auf die Schild-Wacht zu stellen, bis er seinen vorigen Platz wieder zu bekleiden sich verdient gemacht.* Officialium de cetero gradu eiiciendorum stipendium militibus aetate aut vulneribus confectis adiudicatur ita: *ist 3. Monat lang bey gemeinem Tractament auf die Schild-Wacht zu stellen, binnen welcher Zeit sein Officiers-Tractament der Invaliden-Casse anheim fällt.*

^a) LIPSIVS *de Milit. Rom. Lib. V. p. m. 229.* vbi ex VALERII *Lib. II. Cap. VII.* adducit, quod Legioni per anni spatium a militiae numeris exclusae aes dari vetitum fuerit.

§. XXXVII.

Et cum alienum sit a moribus nostris virgis aut loris caedere *subofficiales* (inter quos etiam *castrorum metatores* et *chirurgos* comprehendimus) degradatio omnino ante pronuntianda: *dass N. auf die Schild-Wacht zu stellen vnd mit zehenmahligen Gassen-Lauffen durch 300. Mann zu bestraffen*, quae sicut absque certo termino statuta est, ita restitutionem in integrum non excludit. De cetero, quantum fieri potest, a degradatio-

ne

ne perpetua abstinendum, ne contractam labem per emendationem et bene merita elui posse, spem et desiderium tollamus. Id denique vnicum, antequam filum abrumpamus, memorandum erit, officialis inferiorum ordinum negligentiam ac familiarem alea inferiores stipendio emungendi libidinem, praemissa degradatione temporaria, ita fuisse repressam anno CIOIOCCXXXVII. vt, reliquis rates in Danubio conscendentibus, iste cum impedimentis, quae difficillimum iter terrestre manebat, boias gerens abire debuerit, vt constet, nondum proscriptam e foris militaribus esse, *iter cum impedimentis facere*, seu ad lixas et calones condemnari, Veterum poenam, de qua AMMIANVS MARCELLINVS *Lib. XXV. cap. 7.* item BVRGER *Obs. XI. Cap. 2. p. m. 249.* excellentioribus.

§. XXXIIX.

Accipe igitur serena fronte H. L. quod alterius instituti causa edideram Iuris Militaris specimen, mutatis quibusdam, alia forma indutum. Publicae illud Eruditorum disquisitioni submittere nullus dubitavi, cum idem thema, vtut diuersa ratione, in Ictorum Cathedra Dn. D. STEPHANVS WAGA ventilauerit, de eo, quod iustum est circa poenas militum ignominiosas anno huius seculi vigesimo octauo Regiomonti pro Candidatura, vt aiunt, differens. Finita demum lucubratiuncula mea, in manus incidit, adeoque, licet praetereuntem habuerim Virum Consult. alia tamen via me incessisse, facile credes, facilius probabit vtriusque Dissertationis collatio. Aequum igitur ab humanitate Tua iudicium expecto, simulque, vt conatibus meis fauceas, qua decet, obseruantia contendo.

* * *





ULB Halle
003 850 080

3



Sb.







D. 449.

Er. H. num. 16.

1741, 206 =

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

POENIS MILITVM FAMOSIS

Von

Schrenstrafen der Soldaten

QVAM

EX DECRETO ET AVCTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM LIPSIENSIVM ORDINIS
PRAESIDE

DN. GVSTAVO HENRICO MYLIO

ICTO CVRIAE SVPREMAE PROVINCIALIS ET
FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE

DIE IIX. IVNII M DCC XLI.

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS OBTINENDIS

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

GOTTHELF EHRENFRIED WEND

GRIMMA MISNICVS.

LIPSI AE

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

